

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Caspar Mauritius Georg Babatius

**Dissertatio Theologica Prior De Invocatione Sanctorum Pontificiis opposita. Qua Hypotheses Romanensium praecipuae destruuntur, Status controversiae proponitur, Argumenta Thesin Catholicam confirmantia exhibentur**

Rostochii: Kilius, 1651

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn738562432>

Druck Freier  Zugang



R U Theol. 1657

Gasper Mairius, Paris  
Hart. Georg Dabatius, Prop.

Prop. I  
16



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn738562432/phys\\_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn738562432/phys_0002)

DFG

Dissertatio Theologica Prior  
<sup>DE</sup>  
INVOCATIONE  
SANCTORUM  
Pontificiis opposita.

<sup>Quā</sup>  
Hypotheses Romanensium præcipuæ destruuntur,  
Status controversiæ proponitur, Argumenta  
Thesin Catholicam confirmantia  
exhibitentur.

Prosperante SS. Trinitate,  
<sup>ET</sup>  
Cum consensu Veneranda Facultatis Theologicae,  
<sup>In</sup>

Inclita Rosarum Universitate,  
<sup>SUB PRESIDIO</sup>  
Viri Admodum Reverendi, Clarissimi, &  
Excellentissimi

DN. CASPARI MAURITHI,  
SS. Th. D. ac PP. Facultatis p.t. Decani,  
Ædisq; Marianæ Archidiaconi Fidelissimi,  
Præceptoris ac Promotoris sui æternum  
venerandi

Publicæ disquisitioni proposita

à

GEORGIO BABATIO, Regiom. Borusso

A. & R.

Habebitur ad diem 10. Septemb. in Auditorio majori

ROSTOCHII Typis NICOLAI KILI, Acad. Typogr. 1651.


9.1

20

76

Ru. Theol. 1651.

1651





s. l.

**U**oniam totum Papatus robur, cum de SS. Invocatione disputatur, præcipue in hisce duobus punctis positum esse videtur, videlicet, falsarum hypothesum assumptione & extra genuinum quæstionis statum evagatione, de his primum quidpiam præmittam; deinde argumenta pro confirmatione Catholicae sententia subjiciam.

§ 2. Sit igitur conclusio I. Inter cultum Religiosum, soli Deo debitum, & Civilem creature convenientem, nullus datur medius. Cultus religiosus à religione accepit nomen. Religio autem visita Christianis significatio-  
ne, est virtus Theologica, qua homines cum internâ animi subjectione, cultum Deo debitum præstant. Unde August. l. 10. de C. D. c. 1. Fidenter dicere valea-  
mus, religionem non esse nisi Dei cultum. Item in 83. qq. 31. Religio est, quæ su-  
perioris cuiusdam naturæ, quam Divinam vocant curam ceremoniamq; affert.  
Hinc Lact. l. 4. Inst. c. 28. citante D. Calovio Inst. part. 1. Proleg. c. 2. eam  
à religando deducit, quod eadem Deo religemur, nobisq; Deus. Duplices  
autem complectitur actus docente Thomâ 2. 2. q. 81. a. 1. Elicitos & im-  
peratos. Illi immediate velut fonte, ab ipsâ religione profluunt, ut sacrificatio,  
Dei invocatio: hi à religione quidem ad honorem Dei diri-  
guntur, sed immediate ab aliis virtutibus proveniunt, ut à charitate,  
eleemosynarum erogatio, Orphanorum & viduarum in afflictione visita-  
tio, de qua Iac. 1. 27. Postiores actus proprie & accurate loquendo, non  
sunt religiosi: quia sic nullus in universum pietatis ac dilectionis actus,  
proximum, & secundam Decalogi tabulam concernens, esset, qui non  
dici deberet religiosus, atq; sic eompellatio vivorum, honor Magistrati,  
Parentibus, Praeceptoribus exhibitus, non amplius dicendi erunt actus  
Civiles; sed religiosi. Priores propriè & accurate dicuntur religiosi, inter  
quos est Cultus & honor Dei, qui sic describi potest: Est actus religiosus quo  
infinita excellentia, cum inclinatione voluntatis apprehenditur, arg. ipsi con-  
scientia, ac intimi animorum recessus, velut Domino omniscio ac omnipotenti,

subjiciuntur. Et sic necessariò requirit actum intellectus, quo dignitas atq; excellentia objecti colendi apprehenditur: actum voluntatis, cum hono-  
rantis internā animi subjectione conjunctum, quo nos inclinamus, &  
objectum cultus, tanquam omnipotentem nostrum Dominum hono-  
rare volumus: & tandem actum externum, quo objecti honorati digai-  
tatem, nostram vero testamur inclinationem, quos actus ipse Bell. l. c. de  
B. SS. c. 12. in veneratione alterius requirit, licet quædam omittat, eò quod  
eos in genere cultui applicer. Cultus civilis est actus excellentiam finitam ap-  
prehendens, in internā subjectione, & veneratione consistens. Subjectionem  
agit conscientiæ, animi & Spiritus, in quæ solus Deus dominatur,  
Math. 10. 38. non requirit, sed exterorum & rerum naturalium, si præ-  
sensis sit vitæ, ambitu concluditur. Jam proprius ad rem. Quaritur in  
præsenti: Num præter hos Cultus, detur adhuc alius tertius, qui vocari debet  
religiosus, & tamen creature conveniens? Affirmant Pontificij, qui præter  
cultum religiosum hactenus explicatum, alium quendam itidem religio-  
sum minorem & secundarium in vexerunt, quem SS. Angelis & Bb. homini-  
bus demortuis ob gratiam & gloriam, tanquam dona Spiritualia tri-  
buunt. Sed & istum subdistinguunt in Δγλεῖαν & ὑπερδελεῖαν, hunc hu-  
manitati Christi, & B. Mariæ, velut matri Domini: Illum cæteris Sanctis  
tribuentes. Bell. l. c. 6. 14. Nos cum DD. Catholicis, nullum alium re-  
ligiosum cultum admittimus præter eum qui soli Deo debetur. Argu-  
mentor: 1. O. Cultus Deo acceptus est in lege Dei comprehensus: quia lex Do-  
mini perfecta Ps. 19. 8. Ergo quod legale est, in ea omissum non est, & si  
non expresse positiū nō saltem tacite indigeratum, alibi vero explicatum.  
Non est profecto verissimile, cultum minorem nempe proximi civilem  
Deum tam s̄epe inculcaturum fuisse, majoris si is ab hoc diversus esset, ne  
semel quidem vel in N. vel in V. T. mentione facta. Cultus religiosus secun-  
darius, non est in lege Dei comprehensus: In hac enim duæ tantum propo-  
nuntur tabule, quarum altera cultum Dei secundum dilectionem supra  
omnia, Deo debitam. altera cultum proximi, secundum charitatem, præ-  
standum, præscribit: nam hæc sunt duo præcepta in quibus tota lex consistit.  
Matth. 22. 40. E. cultus religiosus secundarius, non est cultus Deo acceptus Ergo  
nec configendus 2. Cultus religiosus est soli Deo debitus: quia ut ante di-  
ctum, nomen habet à religione, quæ est virtus quæ solus Deus colitur, ut  
cum August. & Lactan. hactenus senserunt DD. Sic Thom. l. c. sive religio  
dicatur a frequenti relectione, sive ex iterata electione ejus quod negligenter  
amissum

amissum est, sive dicatur à religando, religio proprie importat ordinem ad Deum. Inde siue contradictione, cultus religiosus creaturæ tribui non potest. Cultus SS. est cultus religiosus: quod consitentur adversarij, licet divino eum minorem esse dicant. E. Cultus SS. est cultus soli Deo, debitus, & per consequens creaturæ tributus, est Idololatricus, quam absurditatem ac impietatem adversarii non declinabunt donec sententiæ hactenus defensæ insisteret voluerint.

§. 3. Objicit Bellarm. I. c. Ubi datur media voluntatis ad objectum inclinatio, cum apprehensione excellentie, plusquam humana, & minus quam divina, ibi datur medius quidam inter divinum & humanum cultus: Ratio est quia honor vel cultus variat secundum objecta, & eorum excellentiam. Atqui in cultu SS. datur media voluntatis ad objectum inclinatio &c. Datur enim gratia & gloria SS. majori cultu quam civili digna. Item humanam Christi naturam propter unionem ad Verbum, & B. Mariam, majori quam ceteros SS. cultu honorare æquum est. Ergo &c. R. Ad Maj. I. Si ex merâ inclinatione voluntatis apprehendentis aliquod objectum, Judicandum devarietate cultus, multo plures, aut saltem diversi ab his, quam apud Pontificios sunt usitati, erunt invehendi, quos sive Paganorum sive quorumcumq; aliorum, vana superstitione multiplicabit. Igitur 2. Distinctio. est, inter voluntatem in apprehensione objecti colendi, non errantem, & à vero desflectentem. Ad prius membrum restrictum concedo majorem. Ad probationem dico: Si cultus variat secundum objecta, & eorum excellentiam, ergo sicut objectum immediate distinguitur, in Creatorem & creaturam: ita & cultus, vel erit Creatoris, vel creature: nam supra hæc objecta aliud nullum datur. Jam si cultus priuâ divisione despiciatur in Religiosum Creatori, & Civilem creaturæ debitum, quomodo quælo, sine manifestissimâ contradictione, Religiosus qui secundum excellentiam objecti infiniti ita dicitur, rursus subdividetur in cultum religiosum primarium Deo, & secundarium Sanctis attribuendum? Nonne hic membrum alterum evertit naturam totius divisi, i cum quo, juxta Dialecticorum Regulam consentire debebat? R. Ad Minorem, quod si cum limitatione sumatur, negando eam. Ad Probationem. dico: Si ex gratia, gloriâ, aut aliâ quâvis dignitate, majori humana, variandæ species cultus, alias longe major SS. Angelis, qui & naturæ dignitate & donorum multitudine potiores: alias SS. demortuis erit attribuendus. Theodoreetus. Serm. 3. de Angelis & Diis, sed hos (scil angelos) quidem plures esse,

quam homines putamus, at conservos tamen opinamur. Imò ipsos angelos  
ex Dionys. Areopag. l. 1. de Cœlest. Hierar. c. 8. Pontificis cum Lombard. l. 2.  
d. 19. in varios distingunt ordines, idq; ratione potestatis, perfectionis, &  
officiorum, quod dogma si verum est, annon Principatus, Archangeli, ma-  
jori quam Virtutes, cultu venerandi? 2. Si hæc super naturalis gratia, in  
SS. peculiare genus cultus, quod religiosum est requirit, cur non SS. in  
hæc vitæ religiose colunt, qui & illuminati sunt, & gustaverunt donum  
coeleste, ac virtutes furi seculi, & participes facti sunt Spiritus S. Hebr.  
6. 45. 3. Creatura ob dona gratiæ & gloriæ finita, etiamsi ea sint ordinis  
supernaturalis, nullo modo capax esse potest, religiose adorationis, quia  
hæc est gloria soli Deo debita Esa. 42. 8 Hinc August. l. 20. cont. Faust. c. 21.  
Colimus martyres eo cultu dilectionis, & societatis, quo & in hæc vitæ colun-  
tur sancti homines Dei. Ad exemplum humanitatis Christi dico: Pater omne  
Judicium dedit Filio, ut omnes honorent Filium n̄ḡθōs, sicut honorant Pa-  
trem Joh. 5. 22. 23. Non igitur alio honore S. Domini caro; sed eodem  
cum Patre, ex unione personali veneranda. Athanasius in epist. ad A-  
delph. cont. Ariani. Etsi caro ipsa per se pars sit rerum creatarum, at tamen  
Dei corpus effecta est, neg. istiusmodi corpus seorsim discriminatum à Verbo  
adoratione prosequimur, neg. Verbum adoraturi, Verbum à carne longe sepo-  
nimus. Conf. Cyrilli in Con. Ephes. Anathem. 8. una cum defensione ejus,  
ubi una adoratione dicit adorari hominem, & Νόσον. Et l. de Nativ. Chr. c.  
27. ait, si quis coadorari dicat, hominem, duos filios introducit. Ad exemplum  
B. Mariæ resp. verbis Epiphaniū Hær. 79. Collyridan. n. 4. Sanctum erat  
Mariæ corpus fateor, nec tamen Deus illa fuit, eadem & virgo extitit, minime  
tamen nobis ad adorandum proposita. Et n. 7. Honoretur sane Maria, Pater  
vero, Filius, & Spiritus Sanctus adorentur. Mariam adorare nemo velit. Non  
enim mulieri ac ne viro quidem, sed uni Deo Mysterium illud tribuitur Vid. D.  
Gerh. LL. Theologic. t. 8. de Morte §. 381.

§. 4. II. Distinctio cultus in Λαργέαv & Δελτίαv est illegitima, ac  
omni fundamento destituta. Adversarij ut paulo ante notarum est, cultum  
religiosum partiuntur in primarium Deo, & secundarium SS. in cœlo de-  
gentibus deferendum. Illum alio nomine appellant Latrian, hunc dulian  
vel etiam hyperdyliam. Notandum autem, quod nos distinctionem in  
dulian & Latrian, sensu scriptoribus Ecclesiasticis usitato, in totum non  
rejeciamus, illi enim cum LXX. vocem λαργέαv in V. T. ut plurimum  
ad cultum Dei transulerint, & in N. T. vix in aliquo loco alter usurpetur,  
cœperunt

cœperunt itidem eadem voce ut in significando cultu Dei, adeo ut *August.* suo tempore, fiderter contradistinxerit, *Latria* Deo debitam, à *Dulia* creaturæ præstanda. Ita enim *l. proxime c.* Illo cultu qui græcè *Latria* dicitur, latine uno verbo dici non potest, cum sit quædam propriè divinitati debita servitus, nec colimus (scil. *Martyres*), nec colendum docemus, nisi unum Deum, *Conf.* *Eiusdem l. i. de Trin. c. 6. l. 10. de C. D. c. 1. 4. l. 5. c. 15.* Et *q. 61. in Gen. Hinc & Bell.* siue dubio ut suspicionem declinaret, *l. i. de B. SS. c. 12. §. 13.* hanc distinctionem dicit, ad designandum significanter Dei, & SS. cultum, nec non ad tollendam vocum æquivocationem, *Scholam Theologorum excogitasse:* cæterum cum quilibet, qui rem diligentius in spicere voluerit, possit deprehendere, totum *Bellarmino* apparatus eo esse directum, ut partim nostris argumentis, sive ex Scriptura, sive confessione Ecclesiæ Catholicæ, SS. cultui oppositis, nervus succidatur: partim ut hoc effugio, saltem in speciem Coelitum cultus probabilius reddatur: partim etiam ut cultus quidam religiosus, Divino inferior stabiliatur, eam merito improbamus. Et cum jam *§. 3.* non nihil in hanc rem sit dictum, in præsenti sic argumentor: *Quæcumq; voces indiscriminatim usurpantur, tam de cultu Dei, quam hominum, ex illis nude positis, cultus Dei, à cultu hominum non discernitur: nonquid ex eo intelligenter quis significaverit, certum quoddam gladij genus, si dicat hunc gerere gladium, alterumensem?* Atqui voces *Latria* & *Dulia* sunt tales, quæ indiscriminatim usurpantur, tam de cultu Dei, quam hominum. E. Per voces *latrīa* & *dulia* nudè pesetas cultus Dei à cultu hominum non discernitur. Si hoc: Erg. Cultus non recte ita dividitur: Siquidem omnis legitima divisio fit per additionem oppositarum differentiarum ad totum. *Minor prob.* Sic de creatura, secundum versionem LXX, *latrīa* usurpatur *Deut. 28.48.* λατρεύσθε vulgatus vertit: *servies inimico tuo. De Deo usurpatur passim, consientibus adversariis, ut loca citare opus non sit. Contra *Dulia* cultus Dei exprimitur* *l. Reg. 7. 3. Vulgatus.* Et præparate corda vestra Domino, & δελέουσθε servite ipsi soli. Item *v. 4.* & ἑδόσθοσθε, servierunt Domino soli. *Conf. c. 12. 20.* & *Act. 20. 14.* Plura vid. apud *D. Gerb.* *l. c. §. 380.* Nihil igitur proficit *Bell.* quando *l. c. c. 14. §. 6.* dicit, licere Ecclesia, vel nova vocabula invenire, vel alijs novam significationem imponere. & Licere prius in defectu, postulante necessitate concedo: Licere posterius contra receptum, aut etiam à *Spiritu S.* intentum sensum, nego. *Quis enim sancti principis homo crederet,*

der, latrian in loco Deut. notare divinum cultum, in Actis vero &cæ. teris locis, alium, quam soli Deo debitum.

§. 5. III. Quod statum controversie attinet, quæstio est 1. De SS. Angelis, & hominibus demortuis, in beatitudine coelesti constitutis: igitur non viventibus, licet nec hos religiose colendos, sed civiliter compellandos statuamus, ut preces suas cum nostris, velut commilitones conjungant, per merita Salvatoris apud Deum intercedentes, cujus rei præceptum & promissio habetur. *Jac. 5. 6.* nec quos carcere purgatorijs detineri dicunt tametsi falso, hos enim non esse invocandos, docet Bell. l. 2. de *Purg. c. 15. 2.* Quæstio est de cultu religioso, ut vocant secundario, nam pri-marium soli Deo deferendum esse dicunt, *Cost. Ench. p. 396.* Igitur non de cultu externo Civili, seu humano, qui consistit, in honestâ eorum, seu publicè, seu privatum facta commemoratione, virtutum celebratione, imitatione, ac pro donis concessis, Deo Lægitori Optimo, gratiatum actione, hunc enim cultum, non tantum libenter concedimus sed & ipsi frequenter deferimus, adeo ut impudens sit Bell. & aliorum Lojalitar, quos citat D. Gerb. *L. de morte, §. 373.* calumnia, qui dicit nos omni honore SS. spoliare, & in omnes cœlites horribiles blasphemias evomere. Nec de qualicunque compellatione, quâ SS. demortui invitentur, ut pro nobis apud Deum intercedant, qualis in veteri Ecclesia ex charitate in triumphante Ecclesiam, in usu fuerat; nam hanc Simpliciter non damnamus sed nec facile imitamur, cum dubium sit antalis compellatio sit Deo accepta, & præsentissimum sit periculum, ne transeat in religiosam invocationem, ut Papatus suo exemplo satis comprobavit. Atq; sic totum illud, de quo jam discepitur, hoc est. Utrum SS. Angeli, & homines de mortui, beatitudine cœlesti fruentes, sint religioso cultu, minori tamen divino, honorandi, ac invocandi? Affirmant Pontificii, hanc invocationem voce & scriptis defendendo, maxime vero præxi exprimendo. *Conc. Trid. S. 25.* Bonum atq; utile est, Santos suppliciter invocare, & adeorum orationes, opem, auxiliumq; confugere. Bell. l. 1. de B. SS. c. 19. Sancti sive Angeli, sive homines, piè atq; utiliter à viventibus invocantur. Iude. & vota ipsis nuncupant, per illos Jurant. Idem l. 3. c. 9. Templo & altaria erigunt, l. c. c. 14. propos. 4. Festa celebrant, non memoriae, sed religiosi cultus gratia. l. 3. c. 16. Colunt eos jejuniis, missis, peregrinationibus, candelis cereis, donariis oblatis, suffitu tliuris, vigilis &c. Item benedictionem ab illis precantur, ipsosq; in gratiarum actione Deo conjungunt, ut patet ex *Δοξολογίᾳ*, qua interdum suos libros concludunt, ut Bell.

Bell. l. 3. de SS. B. & Valentia Tract. de Idololatri. Gloria Deo, & B. Virginis  
Marie, Domina nostrae, Item: Iesu Christo. Quid in praxi fiat, qui cognoscere  
cupit, in spiciat. Marialia, Rosaria, Cursus horarios, Animæ hortulos  
Antiphonas, Antidotaria, Breviaria, Litania Conf. D. Gerh. l. de morte, §.  
435. Nos talem cultum merito improbamus.

§ 6. Argumentum I. Omnis cultus Idololatricus est illicitus verbo Dei,  
prohibitus. Omnis cultus religiosus SS. demortuis, & cuilibet merae creature exhibitus, est cultus Idololatricus. Erg. Cultus religiosus SS. demortuis, & cuilibet merae creature exhibitus, est illicitus, verbo Dei prohibitus. Major: Gal. 5.  
19. Ubi Idololatria vocatur manifestum opus carnis. Excipit Valent. l. 2. Apolo-  
log. de Idol. c. 7. innuere scripturam aliquam licitam Idololatriam i. Petr.  
4. 3. R. Pudere debebat Christianum tam impia vocis quando enim Pe-  
trus nefariam vocat Idololatriam, non illicitam destinguit à licita, sed in  
illam fortius invehit, ad eum modum quo Judas v. 5. in peccatores im-  
pios. Cicero Orat. 2. in Catil. in nefaria Catilinae stupra : Bell. in Praef. de  
Triumph. Eccl. in horribiles protestantium in coelites blasphemias. Minor  
probatur: Manifestis Scripturarum testimoniis, Deut. 17. 3. Gal. 4. 8. Excipiunt:  
Dicta intelligenda esse, de cultu larrias non dulias. R. 1. Distinc-  
tio-  
nis vanitas sensu Papistico accepta, ostensa est §. 2. 3. 4. Nullus est cultus  
religiosus, qui non sit soli Deo debitus, ergo creature exhibitus, est im-  
pius atq; idololatricus. Diu id docuit Gregor. Nazian. Orat. de pace, n. 17.  
Unam hanc pietatis regulam nobis propositam esse ducemus, ut Patrem, Filium,  
& Spiritum S. unam in tribus personis Deitatem & Potentiam adoremus, nihil  
supercolentes, aut subcolentes, (ergo nec cultum religiosum in supremum  
& inferorem partientes.) alterum enim fieri non potest, alterum nefarium  
& impium est. 2. Hoc effugio quivis Idololatra se excusare posset: nemo  
enim adeo vecors, aut amens est, qui vel aurum, heri in aliquam formam  
confatum, ut Aaron. cum Israelitis, Exod. 32. vel divitias ut avari, Col. 3. 5. 6  
vel Mariam, ut Collyridani apud Epiphan. Hæres. 78. n. 23. vel quam-  
cunq; creaturem colere præsumeret, cum apprehensione primi principi  
seu infinitæ excellentiæ. Ipsi gentiles seos Deastros, & Heroas inæquali  
prosecuti sunt honore, nihilominus Idololatæ. Rom. l. 25. Vid. Gerh.  
l. c. §. 381.

§. 7. II. Quicunq; mandante scriptura, solus est religiose colendus, præ-  
ter ipsum qui religiose colitur, si illicite contra præceptum Dei colitur: quia  
hæc est natura particuliæ exclusivæ, ut addita subiecto, omnia alia subiecta,

B

modo

modo non sint subordinata, vel non dicant ordinem ad commune sub-  
iectum, aut. Identitas numericæ esseotiae, non interveniat: à participatione  
prædicati removeat. Atqui Dous est is, qui mandante scriptura solus est,  
religiose colendus: scriptum enim est, Dominum Deum tuum adorabis, &  
illum solum coles. Deut. 13. Matth. 4. 10. E. Is qui præter Deum religiose colit-  
tur, illicite contra mandatum Dei colitur. Ergo & SS. Angeli & Bb. demor-  
tui, quando religiose coluntur illicite contra mandatum Dei coluntur.  
Exceptiones Bell. in ordinem redactæ ha sunt. Majorem, duabus conatur  
eludere instantiis utpote ex Gen. 27.20. & 1. ad Timoth. 6. 16. Cæterum prior  
valde inepta est, nec sub majori subsumi potest, cum, l. c. sermo sit non  
de religioso, sed civili cultu: secus enim & vivis, & V. T. sanctis cultum  
religiosum, exhibitum fuisse, necessum est concedant. Adversarij, quam  
hypothesin utramq; hæc rejecerunt. Jacobo sane & Posterioris ejus  
vivis servierunt Esavizæ, donec suo tempore, ut prædixerat Isaac v. 40.  
excusso jugo 4. Reg. 8. 20. se libertati restituerent, Posterior quæ probatio-  
nem concernit, nihil priori est aptior: nam huic propositioni; Solus  
Deus tñ immortalis independenter, exemplum contrarium, quod est de na-  
tura legitimæ instantiæ, non opponitur, quando hæc adducitur: Angeli  
& animæ humanæ sunt dependenter, & participativè immortales. Vid. Gerh.  
l. c. § 382. 2. Ad probationem Majoris dicit, dictum intelligendum esse de  
certo servitutis genere. R. Hoc nemonegat, cæterum eo argumentum non  
solvitur Quodnam autem illud cultus genus est, quod soli Deus debetur,  
nonne religiosum? at si hoc, ergo quicquid Deus non est, de hoc cultu  
participare non potest.

S. 8. III. Quam gloriam Deus se alteri daturum negat, nec ullibi dedisse  
legitur, illa illicite contra voluntatem Dei exhibetur SS. Angelis, & homini-  
bus demortuis: quid enim de cultu Dei statuendum, non ex nostro peten-  
dum arbitrio, sed divina voluntas in scriptura revelata, consulenda, Glo-  
ria, religiose adorationis, est gloria, quam Deus se alteri daturum negat, nec  
ullibi dedisse legitur. Esai. 42. 8. quia quam gloriam superstitionis defere-  
bant sculptilibus, illam hinc Dominus negat se alteri daturum. At gloriam  
religiose adorationis &c. Ergo &c. Quæcumq; autem illa adoratio fue-  
rit sive primaria, sive secundaria (neq; enim in tanta Deastrorum multi-  
tudine, singuli cum apprehensione primi ac independentis principii, coli  
potuerunt) hoc omne negat se Dominus cum alio partitum. E. Glo-  
ria religiose adorationis, illicite contra voluntatem Dei, tribuitur Angelis &  
homini-

hominibus demortuis. Dices: Nos ipsi humanae Christi naturae deferimus gloriam religiosae adorationis. R. Facimus id cum Catholicâ Ecclesiâ, quia mandatum Dei pro eâ te habemus. Johan. 5. 23. Philip. 2. 10. Hebr. 1. 6. idq; ob unionem personalem, cum eo qui natura Deus est. Vid. §. 3. Alia multò plura argumenta apud nosstros Theologos passim legi possunt. Id saltem adhuc superaddo, quod Pontificij, persuas hypotheses firmissimum telum è Catholicorum manibus, pro stabilienda Filij Dei, & Spiritus S. Divinitate, excutian'. Sic certe aliquando Gregor. Nazian. Orat. 37. de Spiritu S. n. 59. Si autem adorandus (Spiritus S.) quomodo non religiose colendus, si vero religiose colendus, quomodo non Deus? Hoc argumentum Pontificij Arrianis objicere non possunt, quod pater vel ex retorsione Socini, quam Vieko, Jesuitæ, c. 1. p. 21. opposuit Potissimum inquit, miror ejusmodi hominem, nobis non obscure objicere, quod J. C. colamus & adoremus, atq; in necessitatibus nostris invocemus, & interim eum Creatorem rerum omnium non agnoscamus; cum ipse una cum suis Pontificiis, præcipue vero ejusdem sodalitatis hominibus Mariam Virginem, ipsiusq; Iesu Christi matrem (negent id quantum velint) palam & manifestè colant, adorent, & ad eam, ipsiusmet opes implorantes, preces fundant, cum tamen Maria virgo, non modo res omnes non creavit, sed de ejus divinâ aliquâ potestate, nihil penitus, in sacris testimoniis extat. Videritigitur Bell. quomodo suum argumentum salvare velit, quando L. i. de Christa c. 8. ex religiosa adoratione Divinitatem Christi probare conatur.

## Ad Dn. RESPONDENTEM

Contrà Invocationem Sanctorum,  
Disputantem

I Ngenij vires tua Disquisitio prodit.  
Adspiret Studio gratia larga DEI!  
*gratul. scrib. rapim*

Hermannus Schuckman Th.  
D. & Prof.

Quo

**Q**uo servire queas olim Patriæ, Deoq;  
Das operam insignem, Vive DEO PATRIÆ!

Test. affect. LMQ. f.

Casp. Mauritius D. P.P. & Eccles. Facult.  
Theol. p. t. Decanus.

**B**abati Præstans, juvenum Flos belle Georgi  
Te quoniam constans ducit ad altatenor;  
Grator, quod junctim studiis melioribus ornes  
Mentem, sis sapiens, Theologusq; pius.  
Pergito præsidio **MAURITI** fatus in hostes;  
Ille Tibi cautum diriget ingenium.  
Eja age quo pridem cœpisti pergitio calle;  
Dogmataq; adversis falsa resolve viis.  
Doctrinæ, stet fixus honos virtute paratus;  
Tu claræ clarum Lumen eris Patriæ.

Adversus Præstantiss. Dn. Babatium Amicum, benevolentie  
specimen L. m. q. appos.

**M. Michael Watsonius.**

**D**um patrī multum discordante pulpita Pindi,  
Rectius heic, Babati, pralisa docta geris.  
Ut decus esse Tuis alaeri conamine pergas,  
INVOCO Ter-SANCTUM, qui Tua cæpta beas.  
In honorem Amicissimi Dni, Conterranei  
Lmq; abituriens f.

Andreas Caspari Basilorino-Porusus.

MS(O)96  
F



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn738562432/phys\\_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn738562432/phys_0015)

DFG




Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn738562432/phys\\_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn738562432/phys_0016)

DFG

cōperunt itidem eādem voce uti in signo  
gust. suo tempore, fidenter contradisti  
Duliam creaturā p̄fstanta. Ita enim l. pro-  
dicitur, latine uno verbo dici non potest,  
debita servitus, nec colimus (scil. Martyres,  
Deum, Conf. Ejusdem l. i. de Trin. c. 6.  
q. 61. in Gen. Hinc & Bell. sine dubio ut su-  
ss. c. 12. §. 13. hanc distinctionem dicit, ad  
SS. cultum, nec non ad tollendam vocum  
gorum excogitasse: cæterum cum quilibet  
voluerit, possit deprehendere, totum Be-  
atum, ut partim nostris argumentis, sive  
eclesiæ Catholicae, SS. cultui oppositis, nō  
effugio, saltem in speciem Cœlitum cul-  
tiā ut cultus quidam religiosus, Divi-  
rito improbamus. Et cum jam §. 3. non  
præsenti sic argumentor: Quæcunq; voce  
de cultu Dei, quam hominum, ex illis nudum  
non discernitur: nōquid ex eo inten-  
tum quoddam gladij genus, si dicat he-  
sem? Atqui voces Latria & Dulia sunt tal-  
tū, tam de cultu Dei, quam hominum. E-  
tas cultus Dei à cultu hominum non discerni  
cte ita dividitur: Siquidem omnis legitim  
positarum differentiarum ad totum. Ma-  
dum versionem LXX, latria usurpatur. E-  
vertit: servies inimico tuo. Deo usurpa-  
sariis, ut loca citare opus non sit. Con-  
f. i. Reg. 7. 3. Vulgatus. Et præparate cora  
servite ipsi soli. Item v. 4. & ἐδέσθοντο, J.  
20. & Act. 20. 14. Plura vid. apud D. Gerb.  
Bell. quando l. c. c. 14. §. 6. dicit, licere E-  
vel alijs novam significationem imponere.  
Iante necessitate concedo: Licere posse  
à Spiritu S. intentum sensum, nego. Qu



Dei, adeo ut *ad*-  
Deo debitam, à  
u qui grācē Latria  
propriè divinitati  
docemus, nisi unum  
l. 4. l. 5. c. 15. Et  
linaret, l. 7. de B.  
mificanter Dei, &  
, Scholam Theolo-  
gentius in spicere  
atum eo esse dire-  
e confessione Ec-  
ut: partim ut hoc  
reddatur: partim  
biliatur, eam me-  
em sit dictum, in  
n usurpantur, tam  
Dei, à cultu homi-  
significaverit, cer-  
ium, alterum en-  
minatim usurpan-  
& dulia nudē pos-  
g. Cultus non re-  
r additionem op-  
e creatura, secun-  
dūs vulgatus  
afsentibus adver-  
is Dei exprimitur  
no, & δελέουται  
no soli. Conf. c. 12.  
hil igitur proficit  
vocabula invenire,  
n defectu, postu-  
ptum, aut etiam  
cipitis homo cre-  
der,

091

Patch Reference numbers on UTT  
C1 B1 A1 C2 B2 A2 B5 A5 20 18 17 16 11  
Patch Reference number on UTT 091 Serial No.

Image Engineering Scan Reference Chart TEX3